

## **Jus Canonicum Practice Explicatum, Seu Decisiones Casuum**

Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos, & ad consuetum  
Referendi modum accommodatæ. Opus Novum

Complectens alteram Decretalium medietatem, videlicet nonaginta duos  
Titulos, à Titulo XX. libri III. de Feudis usque ad finem

**Pichler, Vitus**

**Ingolstadii, 1734**

Quæstio III. An Parochus hujus urbis respectu Paridis & Helenæ fuerit  
proprius, & sic habilis ad solemnizandum Matrimonium?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62204)

ut clarum est, nec Jus Ecclesiasticum  
exigit ad valorem Matrimonij præ-  
vias denuntiationes; non antiquum,  
ut pater ex c. fin. b. t. non novum in  
Tridentino, quod quidem lo. cit. gra-  
viter præcepit illas præmitti Matri-  
monio, nisi Episcopus dispensem,   
clausulam tamen irritantem non  
adiecit, sicut tamen adiecit, ubi agit  
de Matrimonio sine præsentia Paro-  
chi & testiū contracto. Accedit no-  
toria & universalis Ecclesie praxis  
Matrimonia sine denuntiationibus  
pro validis habentis.

Textus in c. 64. & l. 5. ejus  
intelligendi sunt de ijs, quæ sunt  
contra Jus irritans seu contra legem  
irritantem, non vero de ijs, quæ sunt

præcise contraria Jus & legem prohiben-  
tem aut præcipientem. Tri-  
dentinum non quidem dedit pot-  
estatem Parochis assistendi Matri-  
monijs, præcise tamen prohibendo,  
ut fecit Concil. Lateran, cuius ve-  
stigijs quoad denuntiationes insiste-  
re voluit Tridentinū, non irritando  
assistantiam sine denuntiationibus  
præstamat. Unde ille ab aliis absolvit  
positus solū indicat conditionem,  
sine qua non licet assistit Matri-  
monijs, non vero talem, sine qua  
non valide: item denotat soluta  
formam accidentalem, non  
substantia-  
lem.

### QUÆSTIO III.

*An Parochus hujus urbis respectu Paridis  
& Helenæ fuerit proprius, & sibi  
ad solennizandum Matrimo-  
nium.*

**N**egant Petr. de Ledesma, Hen-  
riq. l. II. de Matrim. c. 3. n. 3.  
Segura & alij apud Sanch. de  
Matrim. l. 3. di. 22. n. 11. quibus fa-  
vet Rota in decis. noviss. 643. n. 2. & 3.  
vol. 1. Rationem dant t. quia habi-

tantes alicubi animo redeundi ad  
domicilium proprium, eti diutius  
ibi habitent, sunt tamen & manent  
hospites ac peregrini. l. 1. §. 9. l.  
de bis, qui effud. atqui hospites & pe-  
regrini non possunt validè Matri-  
moniū.

monium contrahere coram parocho illius parochiae, in qua sunt velut peregrini, ut communiter docent Theologi & Canonistae, excepto Basilio Pontio de Matr. l. 5. c. 15. §. 1. qui putat, parochum loci esse proprium respectu peregrinorum, ibin habitationis domicilium habentium, in ordine ad eorum Matrimonij assistendum; id quod communiter ab aliis reicitur; licet enim talis parochus possit peregrino ministrare Confessionis & Eucharistie Sacraenta, non tamen inde insertur, quod etiam valeat assistere eorum Matrimonij; quia illud habetur ex privilegio vel delegatione Pontificis in favorem peregrinorum, istud reprobatur à Tridentino, nec ei ullum suffragatur privilegium. 2. In c. 3. de Sepult. in 6. ut aliquis sit vel maneat parochianus alicuius loci, & sic habeat ius sepulturae, vel maximè attendit Pontifex, an quis moretur in alio loco cum animo retinendi prius domicilium, & ad hoc redeundi: ergo etiam, qui moratur in loco, licet diutius, cum animo tamen abundandi & redeundi ad prius domicilium, non fit parochianus in ordine ad ibi contrahendum Matrimonium. 3. qui egreditur ad villam ruris colendi gratia, aut fructus colligendi, aut se recreandi, non efficitur parochianus villæ, uti decisum à Rota refert Riccius decil. 34 quia talis non propriè ibi

commoratur & habitat. per l. 1. §. 9. cit. ergo nec ille, qui Studiorum causâ, aut famulatûs ergo, solum ad tempus se consert in locum cum animo revertendi, efficitur parochianus.

Verum rursus in contrarium stat communis & mihi fere certa sententia cum Sanch. n. 12. Præpos. in 3. part. q. 4. de Matrim. clandest. sub. 9. n. 58. Diana p. 11. tr. 3. resol. 34. Gutierrez, Palao, Gonzal. in c. fin. h. t. n. 8. ubi id decisum esse ait à S. Congreg. Cardin. Trident. Interpretum: si nimis, ut revera factum est, Paris ad hanc alteram Universitatem accessit cum animo ibi per notabile tempus vacandi Juridico studio, scilicet vel per maiorem vel magnam anni partem; ratio petitur ex utroque Jure, quia per actualem commorationem in loco cœptam cum animo per notabile tempus ibi commorandi ( licet forte postea mutata mente brevi inde iterum discedatur ) acquiritur quasi-domicilium habitationis, & ex peregrino fit incola, ita ut ibi in Judicio conveniri possit. l. 19. §. 2. ff. de Judic. l. 2. c. ubi de criminib. & aliquis efficitur parochianus, ita ut in Paschate Eucharistiam, & in Agone Extremam unctionem à parocho loci petere ac suscipere possit ac debeat. c. fin. de Paroch. Innoc. de Butr. Jo. Andr. & Anchor. in c. 12. de Pœnit. & Remiss. quid nō ergo ad assistentiam Matrimonialem ab eodem petere

Yy 2

tere

tere valeat, cùm id nullibi sit prohibitum? Suffragatur rursus recepta praxis & consuetudo, vi cuius videimus, Studiosos in Academij, mercenarios famulos &c. qui solum habent quasi-domicilium, à Parochis locorum Matrimonio copulari.

Ad Rationem 1. in contrarium 2. Neg. maj. quoniam enim verum domicilium & stricte tale non sit ibi sortitus Paris, ad quod fitendum requiritur praeter habitationem actualiter ceptam animus perpetuo manendi in tali loco, acquisivit tamen quasi-domicilium per hoc, quod accesserit ad hanc Universitatem cum animo per notabile tempus manendi & studiis vacandi, ut solent Studiosi, qui juxta omnes nanciscuntur quasi domicilium, subjiciuntur legibus, sunt incolæ, & non sunt hospites vel peregrini, qui sine animo per

notabile tempus manendi accedunt aliquem locum, licet forte per accidens & praeter intentionem postea diu aut per integrum annum ibi hærent. Ad 2. ibi Pontifex loquitur de habitatione in loco ex causa colendi turis, & recreatione, sine animo per notabilem anni partem ibi permanendi, sed cum intentione mox revertendi ad proprium domicilium: qui sic existit in loco, utique parochianus non efficitur: bene tamen, qui accedit locum cum animo per notabile tempus ibi subsistendi, & hoc patet sortitur quasi-domicilium. Ad 3. N. Cons. & paritatem. Ratio negandi patet ex primum dictis; quia prior nullum, posteriores autem non quidem verum, ad quod redire fors cogitant, sortiuntur tamen quasi-domiciliū.

#### QUÆSTIO IV.

*An ex eo, quod Parochus sit invitatus, & protestetur, si nolle esse testem, Matrimonium reddatur clandestinum?*

SUspiceris forte reddi clandestinum 1. Quia, à Trident. Parochus requiritur tanquam testis; sed

si protestetur contra hoc, & nolle esse testis, testis non est, nec validum fert testimonium, quia actus non